

Privilegium Ducis Conradi super
Siedlce immunitate Ecclesiastica concess

In nomine Sancte et individue Trinita-
tis Amen. Quia longinquitate tem-
poris saepe fit, ut non pateat conditio
Originis, quod nos Conradus Dei gra-
tia Dux Cujavie et Lencicie diligen-
tius praecaventes, notum fuimus presen-
tibus et futuris, Venerabilem Patrem
Nostrum Dominum M. Cujavie Episco-
pum, Villam quandam sitam in Districtu
Lenciciensi, quae Siedlcae vulgariter appella-
tur, quam quidam Miles Heinricus no-
mine, ob remedium anime sue fratribus
ordinis predicatorum de Gloeck noscitur
contulisse, ab eisdem predicatoribus pro
30. Marcis argenti sub nostro testimo-
nio, et Baronum nostrorum comparasset
Cum autem Villa praedicta speciali Pri-
vilegio libertatis ab antecessoribus no-
stris olim fuerit decorata, ut videlicet
homines in ea commorantes, Povoꝝ et
Prewoꝝ non ducant nisi sit militale
ei nuceaz non solvatur. Item ad ex-
peditiones et Castrorum edificaciones ire
non teneantur, nec citati ad audienti-
am cujuslibet iudicis sive Palatini,
sive Castellani astare compellantur,
etsi astiterint, minime tamen respon-
deant

deant, Nos eadem libertates ratas ha-
bentes, et confirmantes concedimus et volu-
mus, ut jam dicta villa, ab omni pre-
statione, et exactione penitus sit immu-
nis, et ad petitionem prenominati Pa-
tris nostri, tam super his libertatibus,
quam super emptione ville superius
nominata, privilegium nostrum eidem
Episcopo concessimus, facientes ipsum
sigilli nostri munimine, et annotatione
subscriptorum testium perhenniter Ro-
borari. Hujus autem rei si sunt testes
Dominus Wolimirus cancellarius Curie
nostre, Mistrius Palatinus Cracovic, Sti-
bor Palatinus Lanciciensis, Dobeslaus Cu-
rie nostre iudex, Domicianus The-
sauarius, Leota Dincerna, Mroczek Sub-
camerarius, Urbanus Agazo Thomas, Da-
pifer, Datum in Radomsko Anno
Gratie 1243 per manum Subcancella-
rii nostri Domini Joannis Hungari, iiii
die Sanctorum Martirum, Sterei et Ch-
chilei.